

wiewohl andre gelinder von ihm urtheilen. Hier
wollen wir unsren Lesern einige Säze daraus vorlegen:
Deus est unica et sola substantia, omnia in se conti-
nens. Quae de angelis tam in S. Scriptura, quam
historia hum. traduntur, sunt partim somnia, par-
tim visiones s. apparitiones, partim phantasmatá,
partim morbi, partim figmenta et illusiones. Ani-
ma hominis consistit in legitima fermentatione
sanguinis et humorum, rite per canales integros
fluentium, variasque operationes tam voluntarias,
quam involuntarias producentium. Mens est me-
lior pars hominis, qua cogitat, constans cerebro
et infinitis ejus organis varie modificatis, affluxu et
circulatione materiae subtilis itidem diversimode
modificatae. Recta ratio ipsa movetur, dum est
cogitatio bene determinata ab infinito cogitante
h. e. Deo per corpus aptum et ideas adaequa-
tas. Peccatum respectu Dei est nonens. Anima
s. mens per se et natura sua non est immortalis, nec
existit extra corpus humanum. Si totus homo non
est, nisi pars Universi et modus Substantiae divinae,
a Deo et in Deo existens, anima quoque non potest
esse aliud, quam modus. Deus vitiosos et peccato-
res non punit cruciatibus aeternis, Fatum est prin-
cipium actionis moralis in homine. Origo pluri-
orum errorum est, quod homo saepius introduci-
tur tanquam agens et motor, quo modocunque
enim moveat, semper tamen movetur ab objectis
et primo motore Deo. Scriptura est codex man-
cus, vetus praesertim Testamentum. Historia
creationis in libro Geneseos tradita dubiis et con-
tradi-